



Kern 86
(1-54; a-g)

(19)

CATALOGVS LECTIONVM

QVIBVS

PROFESSORES

ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE HIBERNVM

ANNI c1810cc L

OCCVPAEVTVR

PRO-RECTORE

D. IO. HENR. CALLENBERGIO,

S. S. THEOL. ET PHILOSOPHIAE PROF. PVBL. ORDINARIO.



P. P. die xxvi. Sept. MDCCL.

Halae Magdeburgicae, typis HENDELIANIS.



LECTIONES

Pro-Rectoris, Cancellarii & Directoris.



IOAN. HENR CALLENBERG *publice* hora VI-VII. perget in schola *hebraica*, qua lobus explicatur, hocque absoluto, pro auditorum delectu, vnum alterumque ex reliquis V.T. libris difficilioribus exponet. *Privatim* offert *Hermeneuticæ* sacrae institutionem.

CHRISTIANVS L. B. DE WOLFF Hor. IX. mat. explicabit *Institutiones* suas *Iuris Naturæ & Gentium* in gratiam illorum, qui ad solidam *Iuris* scienciam aspirant, Hor. III. pomer. vero *Matthesin puram*, methodi inprimis scientiæ praxin sedulo inculcaturus.

CAROLVS GOTTLIEB KNORRE Hora XI. *Institutiones Iustinianeas* HEINECCIO duce in Elementis *Iuris* ciuilibus secundum ordinem Institutionum adornatis; Hora X. & II. vero *Pandectas Ludouicianas* interpretabitur. Accedet denique *Collegium Practicum elaboratorium* ad ductum *der Anleitung zum Gerichtlichen Proceß*, quæ venditur in *Officina Rengeriana*.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS epistolam ad *Galatas* exponet, temporis breuitate prohibitus, quo minus propositum hac aestate exlequeretur: additurus eas ad *Timum* & ad *Philemonem* & omnia ad vsus pastorales accomodaturus. In paræneticis *Ideam Studijs Theologiæ* denuo tractabit, & in *ascetica* epistolæ ad *Philippenses* tractatione perget.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS hora IX. ante meridiem ex *Mosaico Pentateucho* *Genesin* & *Exodum* *privatim*, hora vero III. post meridiem *Euangelia* *Matthæi*, *Marci* & *Lucæ*, ordine harmonico *publice*, *sacrarum* *literarum* *cupidis* interpretabitur.

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN b. c. D. *publice* notitiam *literariam* *librorum* *theologicorum* continuabit diebus *lunæ* & *martis* h. VI. *privatis* *scholis* h. VIII. alteram partem *theologiæ* *dogmaticæ* explicabit; h. XI. *controversiarum* *theologicarum* tractatione propediem finita, *theologiam* *moralem* *auspicabitur*; & h. IIII. epistolam *Pauli* ad *Hebræos* interpretabitur: *privatissimis* vero selectos *auditores* disputando exercebit.

IO. GEORGIUS KNAPP primo partem *secundam Theologiæ dogmaticæ* s. *ambrosiologiam* explicabit; deinde *historiam ecclesiasticam* *Novi Testamenti* enarrabit; denique die *Domini* in *tractatione* *ascetica* posterioris epistolæ ad *Timotheum* perget.

IURIDICAE.

D. IAC. GABRIEL WOLF *publicis Praelectionibus*, hora VIII. matutina, *sex per hebdomadam diebus*, STRVVI *Iurisprudentiam Romano-Germanicam forensis*, omni fide atque industria, interpretabitur; *privatim* vero, hora IX. V. C. IO. RVD. ENGAVII *Elementa Iuris Canonico-Pontificio-Ecclesiastici*; porro, hora XI. Illustr. Dn. MOSERI a *Filsbeck* *Compendium Iuris publici*; hora denique III. *Elementa* *sua Iuris Feudorum, tum Provincialium, tum Imperialium*, commentationibus vberioribus illustrabit. *Initium*, finis nundinis *Liptensibus*, A. S. N. facturis.

IOANN. TOBIAS CARRACH *privatim* 1) Commentabitur ad B. D. N. BÖHMERRI *Introductionem in Ius Digestorum* horis consuetis 2) *EIVSDEM* *Tractatum de Actionibus*, nec non 3) *ILLVSTR. IO. FR. SAM. BÖHMERRI* *Elementa Iurisprudentiæ criminalis* explicabit horis propediem indicandis ex *tabula publica*. 4) *Collegijs* *processualibus* *elaboratorijs* *inserviet* *illis*, qui hac de re ante collegij *initium* cum eo convenient. *Initium* autem *laborum* fiet nundinis *Liptensibus* plene finitis.

IOAN. CAROLVS KOENIG hoc semestri *publice* commentabitur in *Capitulationem* *IMPERATORIS* *nouissimam*: *privatim* interpretabitur *Ius Publicum* *præeunte* *cel. SCHMAVSI*, vel *Ius Feudale* duce B. G. STRVVI hora XI. Item *Pandectas* B. D. BÖHMERRI hora X. & II. *Privatissime* ad modum *cel. MOSERI* *der Staats- und Cantzley-Academie* *acroasas* *habebit*. Denique *disputantibus* *operam* & *praesidium* *pollicetur*.

DANIEL

DANIEL NETTELBLADT publice Lunae & Iouis diebus hor. III - IV. omnium partium eruditionis nexum & rectam docendi didicendum methodum, ad ductum Praecognitorum vniuersae eruditionis a se editorum, exponet. Priuatim vero docebit non solum vniuersae vtriusque iuris prudentiae prima elementa, nimirum hor. IX - X. iuris prudentiae naturalis, hor. X - XI. & hor. II - III. vero iuris prudentiae positivae, utrumque suum systema elementare explicando: sed & utrumque ius germanicum, priuatim scilicet duce PÜTTERO in *elementis iuris germanici priuati hodierni* hor. VIII - IX. & publicum, duce SCHMAYSSIO in *compendio iuris publici S. R. I.* hor. XI - XII. interpretabitur.

MEDICAE.

MICHAEL ALBERTI. Institutione Publica continuabit Casus selectos inopinatos eosque vitae naturali fatales explicare. Priuato studio finitis Collegiis Physiologico & Semiotico hor. antemer. x. *Patbologiam Medicam*, p. m. hor. II. *Therapiam* generalem exordietur. Diebus Mercurii & Saturni hor. a. m. IX. Manuductionem ad artificiosam formularum medicinalium praescriptionem suppedietur, insuperque ad exercitium practicum s. elaboratorium anam dabit. Singulis hisce disciplinis Itaque typis impressa a se edita, ministrabit.

IO. IVNCKER publice chirurgiae fundamenta explicabit. Priuatim hora decima medicinae partem theoreticam, vndecima autem practicam exponet. Priuatissime consueto tempore exercitationes clinicas cum procectionibus continuabit.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER publicis in praeectionibus, horis atque diebus consuetis, *gravidarum, parturientium ac puerperarum morbos* pathologico-practice explanabit. Priuatim autem hora VIII. ad IX. *specialem Patbologiam*, hora X. ad XI. fundamenta *Semiologiae*, & hora XI. ad XII. *generalem Therapiam* debita exponet perspicuitate.

FRIDERICH HOFFMANN publice Physiologiam praeleget. Priuatim vero collegium in materia medica inchoabit, horasque his collegiis destinatas suo tempore e valuis publicis indicabit. Initium harum lectionum erit more consueto, finitis instantibus nundinis Lipsiensibus.

PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER publicis praeectionibus in sciographiam institutionum medicarum commentabitur. Priuatim in exponenda humani corporis structura occupabitur, atque Sodalibus, qui cadauera humana incidendo, partes artificiosissime resoluendo, praeparando atque peruestigando se exercere cupiunt, eorum copiam faciet. Laboribus hisce priuatis speciatim iunget demonstrationes osteologicas.

PHILOSOPHICAE.

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS, praeter lectiones Theologicas supra indicatas, in gratiam illorum, qui in Philologia Orientali, eaque sacra, alius cupiunt, Syriacum docebit, primo quidem grammatica eius linguae praecipua, deinde vero librum vnum alterumque ex antiquissima non minus quam praestantissima versione Syriaca N. T. explicaturus.

MICHAEL ALBERTI Officio Publico satisfacturus in ordine Regni Naturae *Animalium* species naturali & artificiali vsui salutarum quadrantes explicabit.

IOANNES IOACHIMVS LANGE publice h. 4. *Mathesin puram*; priuatim autem h. 2. *applicatam*, & h. 1. *physicam dogmatico-experimentalem* docebit. Collegium *Metallurgicum* habebit h. 5. in quo ad *metallifodinas & metallurgiam mechanicam* atque *pyrotechnicam* pertinentia ad normam Sciographiae, quae in libello, der *Grundriß*, a pag. 30. ad finem continetur, explicabuntur, labores etiam ipsi metallurgici monstrabuntur & demonstrabuntur. *Historiam naturalem* per tria regna naturae ad ductum *systematis Linnaeani* die sabbati h. 1-3. exponet & subiectorum maximam partem eorum exhibebit.

ANDREAS ELIAS BÜCHNER publice generaliora *Mineralogiae* fundamenta explicabit; priuato autem studio in illustranda *Physica dogmatica* operam collocabit, harumque lectionum initium, vna cum horis iisdem destinandis, consueto tempore, ex tabulis academicis indicabit.

DANIEL STRAEHLER, qui prohi dolor! & in ipso exemplo suo experitur, quod vires semel attritae, aut profus non, aut non nisi lento pede redeant, & in hoc semestri ad labores academicos redire non audeat.

D. FRIDERICVS WIDEBYRG, Deo propitio a IX - X. *Iuris Publici S. R. I.* principia

cipia ad MASCOVIVM; a X-XI. *Historiam Vniuersalem* ad PVFENDORFIVM, ab XI-XII. *Historiam Imperii Germanici* ad STRVVIVM tradet, pragmaticum vbiq; feruaturus docendi genus, ad prudentiam status vsunque rerum accommodatum. Accedet collegium in *Historiam Germaniae recentiore* Saeculorum XVI. XVII. & XVIII. pleniore apparatu repraesentandam, itemq; Collegium stili elaboratorium, selectis auditoribus destinatum. Initium erit finis nundinis Lipsiensibus d. XIX. Octobris.

IO. HENR. CALLENBERG in praelectionibus theologicis simul *Philologiae* sacrae rationem habebit; paratus quoque ad inferuendum illis, qui in *Rabbinici* idiomatis studio opera eius vri velint.

IOANNES FRIDERICVS STIEBRITZ praeter *oconomicas*. aperiet 1) *scholas ebraicas, prophetas priores* ex fonte interpretaturus; & dein, iunctis prius chaldaismi fundamentis, explicaturus Danielis vaticinium: 2) *graeacas cursorias*, singulos *novi foederis* libros observationibus philologicis illustraturus: 3) *logicis*: & 4) *metaphysicas*, praecunte Viro Per-illust. L. B. de WOLFF.

GEO. FRID. MEIER interpretabitur hor. IX-X. *Metaphysicam* Excellentissimi BAVMGARTEN, X-XII. eiusdem *Ethicam philosophicam* II-III. *Logicam* perill. L. B. de WOLF. Publice hor. III-IV. dierum lunae & martis *Homilecam* universalem docebit.

EXTRAORDINARIAE.

D. IOANNES FRIDERICVS IOACHIM publice HEINECCI *Historiam iuris Romani & Germanici* illustrabit: privatim vero hora IX. V. C. WOLFFII elementa iuris feudorum; hora XI. V. C. MASCOVII principia iuris publici; hora III. V. C. SCHMAVSSII compendium *Historiae Sacri Rom. Germ. Imperii*, & hora IV. librum suum: *Einleitung zu den Geschichten der Europaeischen Konigreiche*, interpretabitur.

IOAN. HARTW. REVTER duas in quavis septimana horas destinabit *publice* explicandis *libris terribilibus* in compendio Dig. beat. BOEHMERI obuiis: privatim docebit hora VIII. *ius canonicum* duce cel. ENGAV in *el. iur. can.* hora IX. *ius naturae* faciem praefereute cel. DARIES in *inst. iurispr. vniu.* hora X. & II. *pandectas* praecunte BOEHMERO in *introd. in ius Dig.* hora XI. *Institutiones Iustinianae* HEINECCIVM sequuturus. *Collegium examinatorium* aut *disputatorium* iis concedet, qui tempesitue nomina sua dabunt.

D. HENR. BASS publice praeleget *Affectus venereos* d. mercur. & saturn. hor. X. privatim *Chirurgiam medicam* hor. I. & *Praxim medicam* cum Cautelis & Remedis selectioribus hor. IV. Lectionum initium erit 19. Octobr.

IO. GOTTLÖB KRÜGER medicos mathematicos & physicos labores denuo aspicabitur.

D. HENRICVS CHRISTIANVS ALBERTI per instans semestre hyemale *Diferentiam Seminum & capsularium Seminalium* publica tractatione die Saturni hora IX-X. explicabit. Privatim vero *Fundamenta botanica* illustrabit. Initium erit die 24. Octobr.

FRIDERICVS LEBERECHT SVPPRIAN *physiologiam* publice praeleget; privatim vero *pathologiam generalem & infantum morbos* ad B. SCHVLZII ductum explicabit. Horas valvae publicae indicabunt.

CHRISTOPHORVS CAROLVS STRVMPFF publice *fundamenta botanica* Cel. LINNAEI explicabit; privatim *chemiam pharmaceuticam experimentalem*, & *methodum formulas praescribendi* docebit.

D. ERN. ANT. NICOLAI docebit privatim hora matutina VIII-IX. *materiam medicam*, hora IX-X. *pathologiam* tam generalem quam specialem, & hora X-XI. *artem concinnandi formulas medicamentorum*, publice autem in *Dispensatorio Brandenburgico* commentabitur & horam, quam huic collegio destinabit, tempesitue & valuis indicabit publicis.

D. IVSTVS ISRAEL BEYERVS, auxilio Summi Numinis, *epistolographiae ac oratoriae* lectiones & exercitia ad umbilicum perducet proxime; artem dicendi, duce GOTTSCHEDIO; principia conscribendi *epistolas*, NEVKIRCHII comitibus, denuo docebit ac exercebit assidue; *stylum Romanum* excolet sollicit; desiderantibusque ab eo singulis *carmina, orationes, epistolas* &c. quavis data occasione, elaborabit.





CATALOGVS LECTIONVM

QVIBVS
PROFESSORES
ACADEMIAE REGIAE FRIDERICIANAE
PER SEMESTRE HIBERNVM
ANNI MDCCC L

OCVPABVNTVR
PRO-RECTORE

D. IO. HENR. CALLENBERGIO,
S. S. THEOL. ET PHILOSOPHIAE PROF. PVBL. ORDINARIO.



P. P. die xxvi. Sept. M

Halae Magdeburgicae, typis H

